

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

Caput 2dum

[urn:nbn:de:bsz:31-108631](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108631)

9
Ira conscientia grave contra
nos testimonium nunquam
perhibeat. Jugiter in memo-
riam redeat, eam nobis esse
instar mille festium, quorum
momenta nunquam eludere, nec
fidem labefactare poterimus.
Et quamvis forsan eorum
impetum nunc paululū re-
primere queamus, at veniet
hora s; nisi resipiscamus: quā
eorum vim ac pondus minimè
sustinere valebimus. Nam
sicut navis pondus non tam
sentitur, dum in aquis trahi-
tur, quam cum in littus dedu-
citur; ita pondus peccatorum,
atq; adeo mala conscientia in
hora mortis vehementius, quā
in reliquo vita tempore cor-
premit ac mentem arrodit.

Caput 2.^o ^{Dum.}
de
Divisione Conscien-
tia

Multiplex est conscientia
divisio; nam 1.^o dividitur
in veram seu rectam et falsa
seu erroneam; Prior est judi-
cium de bonitate, aut malitiam
operis hūc et nunc agend; legi

conforme. v. g. Lex iubet De-
um diligere. Si conscientia idem
hic et nunc iudicat, dicitur cons-
cientia vera seu recta. vel ali-
ter, conscientia recta est, qua per
verum syllogismum veram sen-
tentiam concludit: v. g. Omne
mandatum Dei est servandum.
Sed datur de dilectione Dei
mandatum; ergo hoc est ser-
vandum.

Erronea e contra est iudicium
de bonitate aut malitia operis,
quod legi conforme non est, si-
cut cum quis iudicaret esse men-
dicandum propter bonum proxi-
mi. vel aliter. Erronea est,
qua per falsum syllogismum
falsam sententiam concludit.
v. g. omne prohibitum est
malum; sed iuramentum est
prohibitum. Math. 5. ergo iu-
ramentum est malum. En fal-
sam conclusionem ex minore
male intellecta.

Ceterum nota, quod error, quo
imbuatur conscientia possit
esse aut juris aut facti. Ille
versatur circa jus, an nimirum
hac actio sit licita, aut illicita;
Iste vero circa factum ali-
quod; an v. g. consenserim
cogitationi obnoxa nec ne?

Duplex ille error dividitur

in vincibilem, et invincibilem.
Prior est, qui studio adhi-
bito superari potest. Eon-
tra posterior est, qui quodecumque ^{7 licet}
adhibeatur studium seu dili-
gentia, superari ^{nequit} potest.

Dividitur 2^{do} conscientia
in certam et dubiam. Illa
est iudicium certum seu firmum
de bonitate aut malitia operis
huc et nunc agendi; ut autem
certum sit, debet inniti motivo
saltem moraliter infallibili.
Sic communis doctorum con-
sensus est motivum moraliter
certum causans in conscientia
certitudinem moralem. Ista
vero est suspensio iudicii circa
bonitatem aut malitiam operis
huc et nunc agendi: Si qui-
aut caret rationibus, quibus
iudicet factum quoddam non
esse simoniacum, aut qui habet
quidem. Sed ex alia parte, non
minus graves deprehendit, qui-
bus iudicet ^{esse} simoniacum, dubiam
de illius facti bonitate cons-
cientiam dicitur habere.

Dividitur 3^{tio} in probabi-
lem et non probabilem. Illa
est iudicium de bonitate aut
malitia operis fultum quidem
motivo gravi, sed tamen ^{non} sine
formidine oppositi. Ista vero

est iudicium de bonitate aut
malitia operis sed nullis aut
saltem levibus ^{nixum} ~~factam~~ ratio-
nibus.

7 seu potius apprehensio

+ innitens

Dividitur 4^{to} in serupulo-
sam et latam. Prior est ju-
diciu[m] de malitia operis sed
levissimis et interdum rudi-
culis ^{innitens} ~~rationibus~~ rationibus. Pos-
terior est iudicium de bonita-
te operis ex levissimis et qui-
dem cupiditati faventibus ar-
gumentis.

Dividitur 5^{to} in bonam et
malam. Illa est, qua aliquid
bene actum fuisse dicitur, de
qua illud rom 9^{no} intelligi-
tur. Testimonium mihi perhi-
bente conscientia mea. Haec
vero est, qua malefactorum
arguit: Sic Euls 7. Sit
conscientia tua; quia et tu
crebro maledixisti aliis.

Bene autem hic advertunt
DD: nec erroneam aut dubiam
nec serupulosam aut latam
proprie ac per se posse dici
conscientiam, sed umbras po-
tius esse conscientia, eoque
conscientia detur ad volunta-
tem bene dirigenda; nulla au-
tem earum id proprie praestet.

Reflexio

10
Divisio conscientiae in bonam
et malam apud Scholasticos
novissimò quidem ponitur lo-
cò; imò sunt, qui eiusdem nul-
lam prorsus mentionem fa-
ciunt: at apud N. P. pri-
mum sibi vendicat locum,
imò vix ullius conscientiae
meminerunt, quam bonae aut
male, illam ut extollerent,
hanc ut deprimerent, illam
ut implantarent, hanc ut ex-
tirparent. Juvat eorum
percipere verba, aut potius
referre oracula.

S. Chrysostomus sic disserit de conscient. bona:

conscientia bona disserit:
» Nil bonam conscientiam suavius
» et si vultis hoc discere, hinc
» migraturum interrogamus, et
» commonefacientes laeta men-
» sa, quae quondam oblectabatur,
» et honoris et gloriae, et bono-
» rum operum, quae unquam
» fecit, rogemus, in quibus
» magis exultet: et in illis
» quidem videbimus erubes-
» centem, in his vero gestien-
» tem: tunc maxime capies, et
» sapiens, verissimum illud sapi-
» entis: Secura mens quasi ja-
» ge convivium.

Concordat D. Augustinus de
cathechiz. rud. his verbis:
» Tu qui veram requiem quaeris
» etiam hic eam inter amarissi-
» mas vite huius molestias sua-
» rem gustabis, si eius, qui eam
» promisit, praecepta dilexeris.
» cito enim senties, dulciores
» fructus esse iustitiae, quam
» iniquitatis, et verius ac ju-
» cundius gaudebis de bona
» conscientia inter molestias,
» quam de mala inter delicias.

Suffragatur D. Gregorius
7 v. 7 in psal. 6. sic inquires: "si-
» cut in laboribus pressi in loc-
» to quiescentes reficiuntur,
» ita dum mundi huius adversi-
» tatibus premimur in bona
» conscientia interioris delecta-
» mur.

Non minus eleganter de
ea disserit ^{auctoris} ~~libri~~ libri de
imitatione Christi: "non est
» vera libertas, ait ille l. 1.
» l. 2. nec bona latitia, nisi
» in timore Dei cum bona cons-
» cientia. Et l. 2. c. 4. sic
» habet: "si est gaudium in mun-
» do, hoc utiqz possidet puri cor-
» dis homo. rursus eodem l. 6.
» ita ait: "gloria boni hominis
» testimonium bona conscientia,
» habe bonam conscientiam, et

habebis semper letitiam.

Hæc inter alia de consuetudine bona S. P. modo præstat etiam audire, quid pariter de mala senserint conscientia.

Inter omnes tribulationes humana anima, ait S. Augustinus in psal. 45^o, nulla est major tribulatio, quam conscientia delictorum, namque si ibi vulnus non sit, sanumque sit virtus hominis, quod conscientia vocatur, ubicumque aliquid passus fuerit tribulationis, illuc confugiet, et ibi inveniet Deum. Si autem ibi requies non est propter abundantiam iniquitatis, quonia et ibi Deus non est quid facturus est homo? quò fugiet, cum coeperit pati tribulationes.

Scortator, adulter, aut Fur, ait S. Chrysostomus Cone. 4. de Lazaro, non modo cum accusatur ipse, verum etiam cum audit alios eadem auctores accusari, ipse sibi videtur flagellatus cædi: alius quidem vocatur in ins, hic vero flagellatur. Breviter quidem scripsit profecto D. Bernardus l. 4. de cons. Sciat rivus,

inquit, "quocumque fluit, ter-
ram cavat, ita conscientia
mala rodere occulte mente
non cessat. 7

q et libro de conscient.
Sic ait conscientia mala contristat
animam eam. Deo exhibet immundam
angelis, ad hominibus faciam et sibi: infi-
rmitatem et inquietam; nulla enim ma-
ior poena est mala conscientia

7 Vers. 20

Ad stipulatur Dionysius
Carthusianus in Isaiæ c. 57
his verbis: "Sicut mare fer-
vens tempestuosum, inquietum
turbulentum subversivum
est navigantium: Ita homi-
nes pravi et ^{sancti} impij semper
turbulenti sunt corde et
animò inquieti. Unde pra-
catus ^{omn} Auctor libri de
imitatione Christi postquam

q l. 2. c. 24

dicisset "Si gaudium est in
mundo hoc utique possidet pu-
ri cordis homo statim sub-
didit: et si alicubi est tri-
bulatio et angustia, hoc me-
lius novit mala conscientia

Quis non iam modo cum
D. Ambrosio exclamet: "qua
poena gravior quam interio-
ris vulnus conscientia? non
ne hoc magis fugiendum
quam mors, dispendium, exi-
lium, debilitas, dolor? l.
de offic: "Quid vero dicitur,
quid in corde dulcius, quid

in terra quietus est et secu-
rius bona conscientia, quae et
ipfa morte magis erigetur,
quam deprimetur. S. Bern.
Eade cons. "O Conscientia
sancta in terra adhuc es,
et in coelis habitas. gaudeo
anima sancta, sancta cons-
cientia decorata. S. Aug.
serm 10. mo ad p. FF.

7

Quid vero in hac ^{vita} ~~terra~~ securis
quid iocundius possidatur bona
conscientia. Premat corp. habet
mundy, terreat diaboly, illa ta-
men semper secura erit. S. Bern.
l. de consc.

12

Caput 3. ium de Conscientia erronea

Hactenus de quidditate ac
multiplici divisione conscien-
tia, iam in particulari de
qualibet agendum est. Cate-
rum de conscientia recta nil
hic specialiter occurrit
dicendum; omnes enim faci-
le conveniunt circa eius na-
turam ac obligationem
sed de Conscientia erronea
maior est difficultas, an vi-
mum, et quando obliget?
pro cuius resolutione, sit
Conclusio 1. ma. Agere
contra conscientiam, invinci-